rū ⁊ sacerdotes ydolorū ꝓpter qđ expoli
ata ⁊ cesa ⁊ in carcerē reclusa ꝑ totā noctē
ymnū canebat ⁊ deum glorificabat: confor
tata angelica visitatione. Mane educta de
carcere adipe feruentis pinguedis ꝑfundi/
tur. ⁊ minime lesa iussa est iterū templum in
gredi ⁊ sacrificare. Qua signū crucis faciē
te ⁊ orante tonitruū factum est ⁊ cecidit de
celo ignis qui combussit circūstātes ⁊ pur
puram impatoris a pte dextera. ⁊ ydolum
redactum est in fauillam. Tunc imparator
iussit prefecto cum vncinis ferreis corpus
virginis dissipari. Prefectus vero fecit cū
spatis membra eius incidi. ⁊ bestias fero/
cissimas que eā discerperent exhiberi. que
orante virgine in mansuetudinē sūt ꝯuerse
Tunc carnifices tamdiu carnes eius rase
rūt donec ad ossa ꝑtingerent. Ipsa vero o/
rante brachia eorū inuoluerūt ⁊ sic a tormē
tis cessauerūt Tunc impator fremēs iussit
eam in igne consumi. Qui a magna plu/
uia de celo facta penitus est consumptus.
Iratusqȝ impator iussit radi comā capitis
in qua credebat magicam consistere artē.
Post hec inclusit eā in templo vt fame de
ficeret. Die āt tercio ingressus vidit ancil
lam christi angelico solatio releuatam. et
ydolū deiectū ⁊ cōminutū. ⁊ iratus nimis
iussit eā capite sic puniri. Educta āt via ho
stiensi miliario. x. ab vrbe decollata est. ⁊ a
christianis in eodē loco honorifice sepul/
ta vbi post non multū tempis fabricata est
ecclesia in eius honore.

## ¶De sancta Brigida.

Sancta brigida si
cut legitur in speculo hyst. de xpi/
anis ac nobilibus parentibus orta in scotia
a pueritia bonarū rerū studiis inoleuit pu/
diciti e ⁊ sobrietati sp intenta. ⁊ sp de bonis
ad meliora crescēs a puellari etate virtutū
signis extitit admirāda. ¶Alibi āt sic legi
tur. Fuit vir quidā nobilis genere nomīe
dupdacus qui emit ancillam noīe Deroe
sych. Quā cernens valde virtuosā concu
binā eā sibi fecit. Que concepit filiā noīe
Brigidam. Quod ꝯperiens vxor ꝯtrista/
ta dixit viro. Eiice ancillā ne ꝓgenies ei⁹
meā supet. Sed vir nolebat vendere eam
Magus āt quidā ait illi. Uxoris tue semen
ꝯples semī famule tue seruiet in seculū se
culi. ipa enī vt sol lucebit in mūdo. Duo e
tiam sci epi venerūt in domū dupdaci: qrū
vnus dixit vxori eius. Non sis tristis ꝓpt
ancillam que suo semīe semē tuū exaltabit
qr valde precellet semen illius. Cum ergo
vxor ꝑduraret in furore venit poeta merca
tor deo inspiratus ⁊ emit ancillam. Dup/
dacus tn̄ ꝯceptū vendere noluit. Poeta
vero duxit puellā in regionē suam: in cui⁹
domo dū quidā scūs pernoctaret ipē nocte
orās vidit sup puellā globū igneū ⁊ h̄ ma
ne facto poete indicauit. Mr āt scē brigide
cū lac ferret cecidit sub vrceo lactis sup li/
mē domus sue. ⁊ pepit filiā noīe Brigidā:
que eodē lacte calido ꝑfusa ⁊ mūdata ē.
Magus quoqȝ dormiēs vidit duos cleri/
cos vestib⁹ albis indutos effūdere oleum
sup caput btē brigide ordinē ꝯplectentes
baptismatis ⁊ vn⁹ iposuit ei nomē brigida
¶Uir quidā honorabil' venit ad dupdacū
vt peteret filiā eius sibi in ꝯiugē ⁊ h̄ placu
it pri ⁊ fr̄ibus. Brigida ꝟo respuebat eū
Cūqȝ grauiter ꝯpelleret eā orauit vt deus
faceret eā deformē ne ab aliquo peteretur.
Tūc oculus eius crepuit ⁊ cecata ē. Ob
hoc pr̄ eius ꝑmisit eā deo virginē ꝯsecrari
Quā cū velarent duo sci epi discipuli san
cti patritij visa est ab epō noīe Meli de ca/
pite Brigide surgere colūna ignis. Lectis
āt orationibus sancta brigida submisso ca
pite ante altare tetigit lignū altaris: quod
statim viruit ⁊ permansit viride ⁊ sine pu
tredine in eternū ⁊ etiam oculus eius sana
tus est. Tunc tempis etiam octo alie virgi
nes cum ea velate sūt: que rogabant sanctā
Brigidam vt non rediret ad patriam: sed
ibi semper maneret cum eis. Quod ⁊ fac/
tum est. ¶Quedā domīa de scotia venit ad

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0496
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG